

© November 26, 2006, by Barbara Hagg. All Rights Reserved.

The Marian *Officium* of the Order of the Golden Fleece: Texts¹

Vienna, Haus-, Hof- und Staatsarchiv, Archives of the Order of the Golden Fleece, box V, no. 3,²
fols. 2r-11r

Edited by Barbara Hagg

Sources

The Marian Office survives in the Vienna manuscript, which is the original exemplar that was approved at the University of Leuven, and in Besançon, Bibliothèque Municipale, MS 87, fols. 26r-34v, a seventeenth-century copy of the Vienna exemplar written by Jules Chifflet, who was Chancellor of the Order of the Golden Fleece in Madrid (d. 1676).³ This edition follows the Vienna manuscript, but adopts some of the abundant punctuation added by Chifflet to his copy.⁴

The Vienna manuscript is a single paper sexternion with some traces of mold, but no signs of wear. (Kept in box V, it is in a modern paper folder, which is labelled on the cover in pencil "N°2 N°3", and, at the bottom of the cover, "Gold.Vlies.K.V.." ⁵) The pages measure 30.3 x 22 cm.; their writing surface 20.3 x 13 cm. One scribe wrote the *officium* in brown ink in a secretary cursiva characterized by frequent flourishes. Two different notaries signed on folio 11r.

The leaves of the sexternion were sewn onto thin horizontal parchment strips. The flesh side of the outer strip is visible; at the center of the gathering, between fols. 6 and 7 two parchment strips were sewn, forming four stubs: hair/skin, skin/hair, hair/skin, skin/hair. Fol. 1r has only a

¹ No music survives.

² Schachtel V, Konvolut no. 3

³ Cf. Hagg, "Correspondence," p. 268.

⁴ I am grateful to Michel Huglo for his careful proofreading of this edition and for identifying numerous citations of Biblical texts.

⁵ The folders in box V contain documents about meetings of the Order between 1431 and 1480. Most date from 1440-1460.

contemporary pencilled note "Seconde Partie @2 N° 3". Fol. 1v is blank, then the Marian officium fills fols. 2r-11r (note that the office texts, including the lesser hours and second vespers, precedes the mass texts); fols. 11v and 12r are blank, and a sixteenth or seventeenth-century hand wrote on fol. 12v, "xvij [drawing/] Office de la vierge marie [/] ou temps du chapitre [/] de lordre du thoison dor". A trace of a seal is visible just below, but it has been rubbed or scraped off. Modern foliation has been added to the bottom right corner of each recto.

Watermarks, all of a unicorn (see plates 1-6), are visible on folios 4 (facing up, 8.6 cm. long, 5.8 cm. wide), 6 (facing down, 9.2 cm. long, 5.8 cm. wide), 8 (up), 10 (down), 11 (up), 12 (down) and match most closely those of paper from Utrecht, Wesel, Leuven, and Mechelen of the 1460s and 1470s.⁶ The vertical chain lines are 3.5 and 3.65 cm. apart, in alternation; the laid lines are 1.3 mm. apart. The two signatures of the notaries on fol. 11r and the paper confirm that this must be the very exemplar that was approved in Leuven in 1458.

Editorial Remarks

In this edition abbreviations have been expanded, and spellings follow the manuscript source, with u-v normalized. ij, the rare aspirate h,⁷ and w are left as in the source to keep the regional spelling of the Latin. Capitals are used for proper names, to begin lines of poetic texts, and to indicate repetenda, even where there are no capitals in the manuscript source. Punctuation was added where necessary, but follows the source or the Chifflet copy most of the time. Square brackets surround other editorial insertions.

Abbreviations

⁶ Gerhard Piccard, *Wasserzeichen Fabeltiere: Greif, Drache, Einhorn* (Stuttgart: W. Kohlhammer, 1980), no. 2044.

⁷ Here indicated as (h). Guillaume Fillastre died in Ghent in 1473. Fifteenth-century archives of Ghent show consistent use of the aspirate 'h' in the city, not the case in Brussels or at the Court of Burgundy.

* repetenda, incipits in source

Rv responsory verse

[2r] Officium sacratissime matris dei et virginis, super figura velleris, roris, et victorie Gedeonis; acceptum, editum, et distinctum anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo Valencianis finitum, et examinatum reverendi patris in Christo Domini Gwilhelmj,⁸ dei gracia Tullensis episcopi, in die Johannis Ewangeliste⁹ expositum: metuendissimj principis Philippi Burgundionum et Brabantinorum ducis, Vellerei Ordinis fundatoris, devotionj humiliter presentatum.

Ad primas Vesperas

Antiphona [1]

Gaude fervens fide Burgundia,¹⁰

Fons ordinum celico lumine:

Plaude data nunc mundo gaudia,

Sub velleris erecta nomine.

Gedeonis clari victoria,

Rore dato de celi culmine. Ps. [112(113)] Laudate pueri.

Antiphona [2]

⁸ =Guillaume Fillastre

⁹ December 27

¹⁰ Cf. AH 5, p. 30 (Corpus Christi, 1V-A1): *Gaude, felix parens ecclesia*; AH 24 (Leipzig, 1896), p. 26 (Corpus Christi, 1V-A1): *Gaude, felix mater ecclesia*; AH 25, p. 239 (Dominic, 1V-A1): *Gaude, felix parens Hispania*.

Preco plebem desperantem¹¹

Relevat spe victoriae,

Gedeonem triturantem

Ducem promit esse vie. Ps. [116(117)] Laudate dominum omnes gentes.

Antiphona [3]

Andreas, preco gracie,

Videns Jhesum ambulantem,¹²

Agnum misericordie,

Docet peccata purgantem. Ps. [145(146)] Lauda anima mea.

Antiphona [4]

Angelo sacrificio,

Gedeon tunc obsequitur:¹³

Eiusque desiderio,

Velleris signum traditur. Ps. [146(147)] Laudate dominum quoniam bonus.

Antiphona [5]

Andreas agnum sequitur,

Herens eius vestigio,

¹¹ Cf. AH 25, p. 239 (Dominic, M-A1): A1 *Praeco novus et caelicus*

¹² Cf. Jn 1:36

¹³ Cf. Jgs 6:12

Cuique domum ingreditur,

In qua manet hospicio. Ps. [147(147)] Lauda Jherusalem dominum.

Capitulum

Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillancia super terram.¹⁴

[2v] Responsorium [1]¹⁵

O spem datam Christi tironibus,

Devincendi crucis inimicos

Revelleris agni gaudentibus;

*Solum signo Madian iniquos,

Stravit humj duris militibus,

Dux Gedeon et Amalechitos.¹⁶

[Rv] Hij ter centum corporum lagenas

Frangent, micent ut lampas virtutum,

Laudent tubis per sortes centenas,¹⁷

Vellus, agnum, sic vincet ad nutum.¹⁸

*Solum signo. Gloria. *Solum signo.

Ymnus

¹⁴ Ps 71:6

¹⁵ Also R9 of Matins in this office

¹⁶ Jgs 6:33

¹⁷ Jgs 7:16

¹⁸ Jgs 6:34-38

Gaude, mater ecclesia,¹⁹
 Agni redempta sanguine
 Matris agens solemniam,
 Fete sacro spiramine.

Hec est vellus Gedeonis,
 Udum factum celi rore
 Dum virgo celibis²⁰ donis,
 Matris dotatur honore.

Alba lana sanctitate,
 Carens peccati macula
 Clarissima castitate,
 Humilitatis regula.

Hoc vellus absque lesura,
 Repletum divo semine
 Tingitur et fit purpura,
 Cruoris nati flumine.

Agno dei sit gloria,²¹
 Patrique sancto flaminj

¹⁹ Cf. AH 52 (Leipzig, 1909), pp. 158-159: *Gaude, mater ecclesia* (Dominic, Vespers hymn; same poetic pattern throughout).

²⁰ ms: celibris

²¹ See doxology below.

Qui nos claros victoria
Sanctorum jungat agminj.

Versiculus

Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum.

[SR] Aperiatu[r] terra, et germinet salvatorem.²²

Ad Magnificat

O vellus preciosum²³

Ducis Gedeonis,

Signum presagiosum,

Matris Salomonis,²⁴

Populum pluviosum,

Gracijs et donis,

Fac nunc victoriosum,

Gentis pharaonis.

Oremus

²² Is 45:8, cf. index of incipits. Elsewhere, this text was used for an antiphon and responsories for Advent and the Annunciation (CAO 4668, 7552, 7553).

²³ Cf. AH 24, p. 26 (Corpus Christi, 1V-AM) and AH 25, p. 239 (Dominic, 1V-AM), which have *-um* rhyme every other line as here.

²⁴ ms: Salamonis

Deus qui gloriosissime virginis Marie Spiritui sancto conceptum rore velleris presignari voluisti: concede propicius, ut qui eius presagia veneramur in terris, ab hostium mentis et corporis liberemur insidijs. Per eundem Christum dominum nostrum.

[Ad Matutinum]

[3r] Invitorium

Agnum virginis filium

Adoremus suppliciter,

Qui velleris signum pium

In hac implet feliciter. [Ps.94(95)] Venite.

Ymnus²⁵

Rorem misericordie

Christus infudit virginj,

Atque fluenta graciae,

Ut succurreret hominj.

Ros Marie fit fons vivus,

Per quatuor orbis cardines

Eius dum quadruplex rivus,²⁶

²⁵ This and the following hymns were sung to the melody of *Conditor alme siderum*, cf. note 25 below.

²⁶ Gn 2:10-14

Rigavit cunctos homines.

Ros lanam mundificavit,
Mentem servans a crimine,
Matris corpus gravidavit,
Virginis sine semine.

Vergente mundi vespere,²⁷
Ros rorem dat milicie
Honorem dum puerpere,
Gerit vellus leticie.

Agno dei [sit gloria]²⁸ *ut supra*

[In primo nocturno]
Antiphona [1]

Descendit sicut pluvia
In vellus²⁹ corpus virginis,
Christus dona dans omnia
Gracie sacri numinis. Ps. [8(8)] Domine dominus [noster].

²⁷ Same text as *Conditor*, strophe 3, verse 1. This text is also used in the Dominic office in the hymn for Lauds, ed. AH 52, p. 160: strophe 2, line 1.

²⁸ ms: Agno dei matris [sic]

²⁹ Ps. 71:6. Cf. antiphon *Quando natus est* (CAO 4441; Jan. 1 and Purification).

Antiphona [2]

Dum plenitudo temporis,³⁰

Rorem mittit in virginem,

A jugo legis hominem,

Sanguine solvit corporis. Ps. [18(19)] Celi enarrant.

Antiphona [3]

Stillicidijs Marie

Irrigatur ecclesia,

Contra rorans arena

Donis celestis gratie. Ps. [23(24)] Domini est terra.

Lectio prima

Ineffabilis dei sapientia, hominem fide mediatoris future beatitudinis, volens participem fieri, invisibilia per ea que facta sunt visibilia,³¹ spiritualia per corporalia intellecta conspicere accurate disposuit, dum enim prime veritatis fulgorem in se status presens intueri non patitur. Nec rudi illi et antiquo populo illam consequendi via pateret, velamine rerum sensibilium [3v] figurativo illam referate dignatus est, ut enim prime veritatis sic radius illuscesceret, affectuque illius in illam ordinaret, corporalium rerum similitudines obiecit obtutibus. Ne si divina quidem proposita non intellecta contempneret, fieret precipui³²

³⁰ Gal 4:4

³¹ Rom 1:20

³² ms: precipij

materia, quod occasio meriti esse debuerat. Sic duci Israel vellus roridum, signum presagum victoriae affuturo decrevit exhibere, ut virginis fecunditas, fecunditatis fructus, fructus qualitas, qualitatis utilitas, utilitatisque expressio innotesceret. Que omnia in spiritu attente propheta considerans, sub pluvie proprietate describit dicens, descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram.³³ Cum enim descendere, de alto deorsum mittere dicatur, ad maiestatis illius exinanitionem dinoscitur pertinere, dum secundum apostolum exinanivit semet ipsum formam servi accipiens³⁴ huius siquidem descensus. Utilitates sancti preces expectantes recipere. Clamabant dicentes: utinam dirumperes celos et descenderes. Sed quo liquet pensare descensum, nisi in vellus virginis, merito sue humilitatis. Cuius profecto modus in pluvia evidenter innotescit, dum placide in placidam, quiete in quietam, suaviter in suavem, sine strepitu in pacificam, secrete in absconditam, benigne in benignam, iocunde in iocundam, utiliter in perutilem,³⁵ fructifere in fructiferam, descendere dignatus est. Pluvie siquidem in vellus descensio, gratarum plenitudinis descensui in virginem commode adaptatur, dicente propheta: Pluvie benedictionis erunt, quando descendet tamquam ymber et nix de celo, et inebriabit mentem et virginis vellus implebit.³⁶ [Tu autem domine, miserere nobis.]³⁷

Responsorium [1]

³³ Ps 71:6

³⁴ Phil 2:7

³⁵ ms: per utelem

³⁶ Cf. Is 55:10

³⁷ ms: Tu autem *etc.*

Mundum siccum ardore sceleris,³⁸

Vocans Christus ad rorem velleris,

Clamat, si quis sitit nunc veniat,

*Premat vellus, orando capiat.

[Rv] Virgo mater est vellus bibulum,

Fundens cunctis divinum poculum.

*Premat.

[4r] Lectio secunda

Lana lota pluvia candescit, terra rorata fecundatur, dum salvatoris gracia unico descensu rigavit virginis mentem ad summam puritatem prius, et ventrem fecundavit prole excellentissima et hoc posterius. Nec arbitrandum, fratres carissimj, solam mentem rigasse et carnem fecundasse. Sed utrumque et rigasse et fecundasse, una eademque gracia carnem fecundavit ad prolem, et mentem ad omnem virtutem, unam eandemque mentem reddidit vicijis vacuam, virtutibus plenam, uni eidemque carni contulit fructum fecunditatis, servando florem virginitatis. In virgine, tamen prius solam mentem infudit et fecundavit ad fidem, postea solam carnem fecundavit ad prolem, fides in mente, proles in ventre, prius fides, postea proles. Et nisi processisset fides conceptionis, numquam successisset fecunditas prolis, fides processit, proles accessit. Recte ergo dictum est quod secundum petitionem Gedeonis, prius infudit ros solum vellus virginee mentis, et postmodum solam terram virginee carnis. Sicut inquit pluvia descendit, tunc enim omni plenitudine, et (h)abundantia graciaram, verbi divinitas replet virgineum corpus et virgineam mentem, quando ei virgo,

³⁸ Cf. AH 5, p. 31 (Corpus Christi, M-R1) and AH 25, p. 239 (Dominic, M-R1), both *Mundum vocans ad agni nuptias*; AH 24, p. 26 (Corpus Christi, M-R1): *Mundos vocans ad suas epulas*

totam se ei exponens, respondit: Ecce ancilla domini, fiat michi secundum verbum tuum.³⁹
 Sicut enim velleris rorida plenitudo integritatem eius non minuit, sic et plenitudo divinitatis
 gratiam consecravit, illibatamque servavit. Et sicut vellus virgineum descendendo integrum
 invenit, ita et nascendo reliquit, mansit enim secretum virgineale clausum, et immaculatum,
 nec materna viscera in hoc concussa sunt. Tu autem [domine, miserere nobis.]

Responsorium [2]

Maria stravit asinum,

Corpus subdens spiritum.

Irriguum poscit binum,

Virginitatis cultum,

*Verbum capit sic divinum

Formam tenens, irriguum.

[Rv] Rigat triumphantem

Verbi divinitas

Sed hic militantem

Eius humanitas.

*Verbum.

[4v] Lectio tertia

Et sicut stillicidia stillantia super terram.⁴⁰ Sicut enim stillicidia stillantia super terram
 germinare, sic et verbi divinitas descendens in virginem, germen vite producere fecit, ex

³⁹ Lk 1:38

⁴⁰ Ps 71:6

carne propria, per infusionem divine maiestatis et non aliunde. Quid enim fuerit aliud Spiritus sancti obumbratio, plenitudo gratiae, fervor fidei, castitas virginalis, quam quedam graciaram stillicidia in ipsam descendentium, ut hic produceret fructum suum. Per pluviam descendentem in vellus non germinandi naturam expressit e vellere, sed modum ingrediendj, et nascendi ex virgine: Si enim tanta vis et natura pluvie tam potens est, ut huic terre visibilj fructum ferre faciat, multo magis Spiritus sanctus replere potuit, et profundere virginea viscera. Ad germinandum ex ea verbum designatum in germine, ut fructus terre erumperet, quo integritas illesa maneret, dicente propheta: terra germinet salvatorem.⁴¹ Sicut in primo adventu, ut pluvia sine strepitu descendit, et ad fertilitatem, ita in secundo, sicut grando cum strepitu et ad sterilitatem, unde sapiens ait: a petrosa ira mittentur grandines.⁴² Celestis plane cymbe in virgineum vellus se placido infudit illapsu, et tota deitatis unda se contulit in carnem, quando verbum caro factum est⁴³ ac deinde per crucis patibulum compressum, terris omnibus pluviam salutarem effudit, ac stillicidia gratiae humanis prestitit mentibus. Tu autem [domine, miserere nobis.]

Responsorium [3]

Hec mater, ut acquievit
 Angeli verbo subito,
 Ros mentem, ventrem implevit,
 Divinitatis digito,
 *Jugiter in hac quievit,
 Humilitatis merito.

⁴¹ Is 45:8

⁴² Wis 5:23 I thank Leofranc Holford-Strevens for identifying this passage.

⁴³ Jn 1:14

[Rv] Prima prefert coniugio,
 Bonum virginitatis,
 Subest tamen imperio
 Filij voluntatis.
 *Jugiter.

[In secundo nocturno]
 Antiphona [4]

Innocens uterque parens,
 Ovis merito dicitur,
 A quo mundum deciditur,
 Vellus omni labe carens. Ps. [44(45)] Eructavit.

[5r] Antiphona [5]

Vellus a pelle remotum,
 Declarat pectus virginis,
 A carnalibus semotum,
 Celestibus disciplinis. Ps. [45(46)] Deus noster [refugium].

Antiphona [6]

Dignum vellus animam Marie,
 Villis textit virtutum pluribus,
 Cogitatu pre celi civibus,

Et affectu celestis patrie. Ps. [71(72)] Deus iudicium [tuum regi da].

Lectio quarta

Sicut pluvia in vellus, ita descendit in virginem, veste nostre mortalitatis induendus. Et quia fere vestis omne genus ex lana, lino, aut serico componitur, ideo sicut pluvia in vellus descendit, ut candentis velleris sibi tunicam assumeret. Et sicut stillicidia stillancia super terram, ut linum quo se indueret de terra compluta germinaret, unde sapiens ait: Quesivit lanam et linum: byssus et purpura indumentum eius,⁴⁴ ut ex hijs tribus vestis valeat resultare, purpura genus sericj est, solis regibus conveniens, ut virginem soli dei filio dedicatam esse ostendat. Per linum interior puritas, per lanam humanitas, et per lane reciprocationem humanitati adiuncta, designatur humilitas: descendit sicut pluvia in vellus. Vellus nempe virgo Maria, ex ovibus Israel, idest ex illustrissimis parentibus exorta, et decisa est, qui ut oves alijs innocui, sibi simplices, mansuetj et mites, in se benigne et alijs proficui jugiter inventi sunt. Vellus lana decisa a corpore et sublata, virgineum pectus a desiderijs carnalibus, et ceteris corporis passionibus semotum denunciat. Preciosum vellus, virginee mentis, mundi cogitatus, pectoris virginei casti affectus, vellus istud, fratres carissimi, virtutum omnium jocundus est ornatus. Qui enim hoc vellere vestitur, circumamictus virtutum varietate esse comprobatur. Qui autem hac veste tegi contempnit, pilis caprinis et carnalibus ignominiose tectus iudicatur. Sicut porcio de vellere sumitur, ut inde fiat vestimentum, ita de beate virginis substancia, textor Spiritus sanctus parvam porcionem assumpsit, de qua Christo tunicam texuit, ineffabili artificio. Unde et Christus de Spiritu sancto dicitur [5v] incarnatus, corporis Ade dormientis sublata portio de qua Eva formata est,⁴⁵ Christi humanitatis

⁴⁴ Prv 31:13,22; ms:bissus

⁴⁵ Gn 2:21-22

assumpte de sola Marie substantia tipum gessit, unde eadem tunica inconsutilis⁴⁶ dicitur, sed nostrarum tunice naturarum, quasi ex partibus consute dicuntur, quia utriusque parentis partes decise sunt. Tu autem [domine, miserere nobis.]

Responsorium [4]

Ut corporis Ade transumitur
pars in Evam, sic Christi carpitur,
corpus ope sacrati numinis.

*A vellere corpore virginis.

[Rv] Hanc vestem inconsutilem,⁴⁷

Ipse nobis texuit
Peccatoribus utilem,
Quos tegere voluit.

*A vellere.

Lectio quinta

Sine ovis lesione, vellus ab ea reciditur, ut vestis conficiatur, et sine virginitatis lesione, virgo mater Christum concepit in utero, et ipsum sine dolore peperit, virginitatis gloria permanente: hoc vellus porosum et bibulum experimento didicimus. Receptumque facillima⁴⁸ repressione refunditur. Sic Marie humilitas desiderio gracie bibula dicitur, de qua tanto amplius hausit, quanto fervore eius concupivit. Ac sine sue plenitudinis detrimento, ipsam gratiam sponte

⁴⁶ Jn 19:23

⁴⁷ Cf. Ps 21:19, Jn 19:24

⁴⁸ ms: facilima

refundit, quociens oratione devota comprimitur, velleris tactus suavitas, pietatem eius insinuat, quia numquam peccatores scrupulosam illam reperiunt. Quid ergo ad illam accedere trepidat humana fragilitas. Nichil in ea austerum, nichil terribile, tota suavis est, omnibus offerens lanam et lac. Ideoque succida, succo pietatis plena dicitur, dum expresso concham rore replevit,⁴⁹ icta non sonat, quia in filij sui passione caritas eius irritari non potuit, quamquam eius animam doloris gladius pertransierit,⁵⁰ lana sanguine muricis, vel conchilij,⁵¹ vertitur in purpuram, sic ipsa tacta Spiritu sancto vertitur sine coitu in matrem, ut jam non sit modi quo fuerat, sed purpura verissima. Pecten hanc dicuntur familiares, dum dilatant gloriam eius, quia sapiens in medio populi gloriabitur, texuntque per prolixas orationes, ut Anna que ibat ad opus textrinum cotidie, quod frigora pellat infidelitatis. Ipsa enim sola cunctas [6r] hereses interemit,⁵² descendit ergo sicut pluvia in vellus,⁵³ puram virginem reddens puriorem, assumendo ab ea carnem purissimam, licet peccatrici silens. Et sicut stillicidia stillancia super terram.⁵⁴ Tota enim divinitatis unda, tota carismatum plenitudo, beate virginij tamquam velleri se infudit, unde ei dictum est: Ave gracia plena⁵⁵ de quibus stillicidijs, et si sancti plures (h)abundanter receperint. Tamen quasi stillicidia modica dicuntur recepisse. Respectu plenitudinis illius, de quibus propheta ait: In stillicidiis eius letabitur germinans.⁵⁶ Tu autem [domine, miserere nobis.]

⁴⁹ Jgs 6:38

⁵⁰ Lk 2:35 This is the dagger depicted in the iconography of the Seven Sorrows of the Virgin, a devotion which took hold in the Low Countries under Philip the Fair in the 1490s. See Hippolyte Delehaye, "La vierge aux sept glaives," *Analecta Bollandiana* 12 (1893), pp. 333-352.

⁵¹ Cf. Jgs 6:38

⁵² Cf. the antiphon and responsory *Gaude, Maria virgo* (CAO 2925 and 6759)

⁵³ Ps 71:6

⁵⁴ Ps 71:6

⁵⁵ This text, Lk 1:28, is painted in Jan van Eyck's *Annunciation*; cf. note 15 above.

⁵⁶ Cf. Is 44:8

Responsorium [5]

Vellus agnum tegit dum lugere,

Pubescere dum cepit docere,

*Dum victima factus sic moritur

Indivisum sorte dividitur.⁵⁷

[Rv] Sic femina circundedit

Virum nobis deum dedit

Consignans in testamentum,

Illi rubrum vestimentum.⁵⁸

*Dum victima.

Lectio sexta

Hijs stillicidijs, vellus gratie Gedeon de nocte consurgens et exprimens, concham rore implevit.⁵⁹ O altitudo diviciarum sapientie et scientie dei.⁶⁰ O pietas immensa divine bonitatis, qui velleris rore concham⁶¹ ecclesie replevit, pugilesque populi vecordes, timidis et pusillanibus repulsis, ad pugnam animavit. Et ne bellatorum audacia victoriam affuturam velleris rore presignatam eorum virtuti ascriberet illorum numerus Gedeoni a deo muniendus imponitur, hoc modo acceptandus: Quem flexo poplite aquam bibere

⁵⁷ Allusion to Jn 19:23, cf. Mt 27:35

⁵⁸ Cf. note 37.

⁵⁹ Jgs 6:35

⁶⁰ Rom 11:33

⁶¹ Jgs 6:35

conspexeris,⁶² non tecum assumito. In quo liquide fratres carissimj, cum per aquas fluentes, temporalia apte intelligi possint, qui flexo poplite intentionis, verbo et opere terrenis inhiantes, nec in roris vellere confidentes, bonorum consorcio, et victorie triumpho merito privari tenentur, hij sunt inter quos nichil bella movet, litesque suscitatur, nisi aut irrationabilis iracundie motus, aut inanis glorie appetitus, aut terrene qualiscumque possessionis cupiditas. Talibus certe ex causis, O milites, neque occidere, neque occumbere tutum est. [6r] Tales Gedeon execratus, Jussu domini ad propria redire coegit ac crine neglecto hispidos pulvere fedos, lorica et caumate fuscis milites, aquas non ad libidinem, sed ad necessitatem, sicut canes lambentes,⁶³ pani [h]ordeaceo comparatos, comites adjunxit. Hij lagenas corporum vacuas,⁶⁴ delicijs fractas, laboribus gerentes, lampades bonorum operum coruscas, tubis laudis et oracionis indefesse personantes, Christi militibus exempla eorum sequendi vestigia reliquerunt. Quorum instar magnus dux Burgundionum et Brabantinorum Philippus ad eiusdem terre sancte promissionis, et Christicolarum terram liberatorum aspirans sepe numero meditatus in corde suo hys duobus succurrendum, Velleris Ordinem instituit, non decies ter decies, ut Gedeon, sed solum ter decies milites suorum hic laborum et futurorum premiorum comites, decalogum in Trinitatis fide contestans annumeravit.⁶⁵ Illum autem ab Eugenio papa quarto [1431-1447] confirmarij obtinuit anno domini millesimo quadringentesimo [trigesimo tertio]⁶⁶ ut quando ubi et secundum posse, justicie thronum et crucis vexillum defendent, scientes quod beati, qui persecutionem patiuntur propter justiciam.⁶⁷ Et quia justus ex fide

⁶² Jgs 7:6-7

⁶³ Jgs 7:5

⁶⁴ Cf. Jgs 7:16

⁶⁵ Cf. Jgs 7:6-8,16

⁶⁶ End of line and blank in Vienna manuscript. Year added by Chifflet to his copy.

⁶⁷ Mt 5:10

vivit,⁶⁸ et sine ea justum impossibile est deo placere. Eya ergo milites vellerei, pro monili vestre constancie, virgineum vellus caritatis auro coruscum gerentes, fidei et justicie defensores, accingimini et estote filij Christi potentes,⁶⁹ contra crucis inimicos, quia melius est vobis mori in bello, quam videre mala gentis vestre et sanctorum.⁷⁰ Sitis ducis vestri, Gedeonis sectatores, ut laboribus in via meritum et in patria gaudium adipisci possitis sempiternum. Tu autem [domine, miserere nobis.]

Responsorium [6]

Vellus candens colore niveo,
 Agni dei que es virgo. Pura,
 Lana tacta rore muriceo,
 Colorata factaque purpura,⁷¹
 *Dum spiritus alvo virgineo
 Format corpus nec claustris lesura.

[Rv] Sacra vestis quam nullus induit,
 Ni solus rex qui eam texuit.
 *Dum spiritus.

[In tertio nocturno]

Antiphona [7]

⁶⁸ Rom 1:17

⁶⁹ 1 Mc 3:58

⁷⁰ 1 Mc 3:59

⁷¹ Cf. Is 63:2-3

Dux inclitus signum victoriae
 In vellere, poscit a domino,
 Ut tellure vacua pluvie,
 In eo sit ros dono divino. Ps. [86(87)] Fundamenta [ejus].

[7r] Antiphona [8]

Vellus signum ducis victoriae
 Signat nostrum hostem perpetuum,
 Cecidisse virtute Marie,
 Et pedibus tritum caput suum.⁷² Ps. [95(96)] Cantate [domino canticum novum].

Antiphona [9]

Virgo vellus peditum gloria,
 Vivos hostes donas decertare
 Insidias demonis vitare,
 Et homini tela hostilia. Ps. [96(97)] Dominus regnavit [exultet terra].

Lectio septima

In illo tempore. Stabat Johannes, et ex discipulis eius duo. Et respiciens Jhesum ambulantiem
 dixit: Ecce agnus dei.⁷³ Et reliqua.

⁷² Cf. Gn 3:15

⁷³ Jn 1:35-36 (lessons 7-9)

[H]omelia venerabilis Bede presbiteri:⁷⁴ Stabat Johannes et respexit Jhesum qui in magno jam culmine perfectionis animi gressum fixerat, unde iure celsitudinem divine maiestatis meretur intueri. Stabat, quia illam arcem conscenderat, a qua nullis temptationum in probitatibus posset dejici.⁷⁵ Stabat, et cum illo discipuli, quia magisterium eius corde sequebantur immobili, et respiciens, inquit, Jhesum ambulans, dixit: Ecce Agnus dei. Ambulatio Jhesu dispensacionem incarnationis qua ad nos venire, ac nobis exempla vivendi prebere dignatus est, insinuat, sicut mansio eius eternitatem divinitatis, in qua semper est Patri equalis, apertissime designat. Tu autem domine [miserere nobis.]

Responsorium [7]

O milites dati certamini
 Gedeonis ducis audacia,
 Armis lucis nunc induamini,⁷⁶
 Erigatis signa victricia,
 Crucem, vellus experiamini.
 *Exercitum hostis vincencia.

[Rv] Constantinj signum fuit crucis,
 Sanctum vellus Gedeonis trucidis.
 *Ex[er]citu[m].

[7v] Lectio octava

⁷⁴ PL 94:256-258

⁷⁵ ms: deici

⁷⁶ Rom 13:12; cf. CAO 3-4

Ecce agnus dei. Cognovimus quare Jhesum precursor suus agnum dei vocavit, quia videlicet eum pre ceteris mortalibus singulariter innocentem hoc est ab omni peccato mundum novit, et quia nos suo sanguine redempturum: atque ideo quia dona sui velleris sponte largiturum, ex quo vestem nupcialem⁷⁷ nobis facere possimus: id est exempla vivendi nobis relicturum providit, quibus in dilectione calefieri deberemus. Respiciens ergo Jhesum ambulans Johannes dicit: Ecce agnus dei. Quia videns eum inter homines conversantem profectumque illis vite celestis, factis demonstrantem et verbis. Aperte pronunciabat, quia non ipse, ut putabant, sed ille esset, qui ad redemptionem humani generis a deo esset missus in mundum. Tu autem [domine, miserere nobis.]

Responsorium [8]⁷⁸

Si tu vis vincere bella pharaonis,
Sanguinem tingere agni passionis,
*Sic est capescere signum Gedeonis,
Illud objicere⁷⁹ viribus umbonis.

[Rv] Esus agni populum liberat,
Submergendo cunctos Egypcios,⁸⁰
Sanctum vellus dejicit⁸¹ impios,
Duce stante, et quibus preerat.

*Sic est capescere.

⁷⁷ Mt 22:12

⁷⁸ Cf. Ex 12:5-7

⁷⁹ ms:obicere

⁸⁰ ms:egipcios

⁸¹ ms: deicit, cf. lectio septima

Lectio nona

Et audierunt eum duo discipuli loquentem, et secutj sunt Jhesum, bene duo discipuli inventi sunt qui dominum primj sequerentur, ut eciam mystice designarent omnes qui illum profecte sequerentur gemina dilectione devotos esse debere, hoc est eiusdem sui redemptoris, et fratrum simul amore flagrantem. Erat autem Andreas frater Symonis Petri unus ex duobus qui audierant a Johanne, et secuti fuerant Jhesum.⁸² Invenit hic primum fratrem suum Symonem, et adduxit eum ad Jhesum. Andreas dominum quem invenit eciam Symoni fratri suo sequendo ewangelisat, quia hoc est vere dum invenire vera illius dilectione fervere, fraterne quoque salutis curam gerere. Ille etenim profecte conditoris [8r] sui ducatum sequitur, qui etiam proximi quantum potest habere comitatum nititur. Tu autem [domine, miserere nobis.]

Responsorium [9]

O spem datam Christi tironibus,⁸³

Devincendi crucis inimicos,

Revelleris agni gaudentibus.

*Solum signo Madian iniquos,

Stravit humj duris militibus,

Dux Gedeon et Amalechitos.⁸⁴

[Rv] Hij ter centum corporum lagenas

Frangant, micent ut lampas virtutum,

⁸² Jn 1:40-41

⁸³ Also R of first Vespers in this office. Cf. AH 24, p. 28 (Corpus Christi, M-R12): *O spem miram, quam dat Jesus*, Rv *Invitati festinemus*; AH 25, p. 241 (Dominic, M-R9): *O spem miram, quam dedisti*, Rv *Qui tot signis claruisti*

⁸⁴ Jgs 6:33

Laudent tubis per sortes centenas,⁸⁵

Vellus, agnum, sic vincet ad nutum.

*Solum signo. [Gloria. *Solum signo.]

[Hymnus Te Deum]

[Ad Laudes]

Antiphona [1]

Adest dies leticie,⁸⁶

In quo vellus virgineum,

Ortodoxe milicie,

Imponitur ad tropheum. [Ps. 92(93) Dominus regnavit.]

Antiphona [2]

Dux velleris parans ire viam,

Manipuli excusso semine,

Nocencium timens seviciam,

Confortatur celico numine. [Ps. 99(100) Jubilate domino omnis terra.]

Antiphona [3]

⁸⁵ Jgs 7:16

⁸⁶ AH 5, p. 32 (Corpus Christi, L-A1): *Adest dies letitie, collegio fidelium, quibus prebet quotidie, dominus corpus proprium*; AH 25, p. 241 (Dominic, L-A1): *Adest dies letitie, quo beatus dominicus, Aulam caelestis curiae, civis instat* [AH: *instrat* - sic] *magnificus*.

Monitibus angeli Maria,
 In Egyptum⁸⁷ paruit fugere,
 Ne valeat Herodes furia,
 Agnum dei natum promere. [Ps. 62(63) Deus deus meus.]

Antiphona [4]

Obsistere concitat angelus,
 Ducem gentis deprimere scelus,
 Puritatem mentis immolare,
 Ac operis tauros prelibare. [Ps. 66(67) Deus misereatur nostri.]

Antiphona [5]

Donum duplex in templum detulit,
 Sacrum corpus matris et virginis,
 Virgo verbum tunc habens obtulit,
 Formam dei sicut et hominis.
 [Canticle: Benedicite omnia opera domini.⁸⁸]

[8v] Capitulum

Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillancia super terram.⁸⁹

⁸⁷ ms: egiptum

⁸⁸ Dn 3:57-88

⁸⁹ Ps 71:6

Ymnus

Agno juvat nunc canere;
 Apostolum qui Philippum,
 Vocat de mundi vomere,
 Gedeonis donans typum.⁹⁰

Dux velliger hosti datur,
 Panis volutus [h]ordei,⁹¹
 Cuius cortex dura fatur,
 Palmam perfidi cunei.

Dum Philippus agno dei,
 Panes docet hic adesse,
 Signat ador per [h]ordei,⁹²
 Velle pijs sic prodesse.

Gedeon qui lampadibus,
 Vincit agmen tyrannorum,
 Philippum fert operibus,
 Os lampadis pugnatorum.

⁹⁰ ms:tipum

⁹¹ Jn 6:7

⁹² Jn 6:7

Agno dei *etc.*⁹³

Versiculus

Erit quasi nubes matutina, [SR] et sicut matutinus ros pertransiens.⁹⁴

Ad Benedictus

O milites velleris roridi,
In Madian castra descendentes,
Instabiles formidine fidi,
Aguas recti ut canes lambentes,⁹⁵
Victorie triumpho cupidi,
Genuflexo terrena sorbentes,⁹⁶
Propellite sic pauci fervidi,
Armis docti sitis ut vincentes.

Oratio *ut supra*

Ad Primam

Antiphona

⁹³ Doxology of hymn of first Vespers.

⁹⁴ Hos 6:4 & 13:3

⁹⁵ Jgs 7:5, cf. lectio sexta

⁹⁶ Cf. Jgs 7:6

Adest*⁹⁷

Ad Tertiam

[Antiphona]

Dux velleris*

Capitulum

Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillancia super terram.⁹⁸

[9r] Responsorium

Rorate celi desuper et nubes pluant justum,
Aperiatur terra et germinet salvatorem.⁹⁹

Versiculus

Quod descendit*

Ad Sextam

[Antiphona]

⁹⁷ =L-A1

⁹⁸ Ps 71:6

⁹⁹ Is 45:8, cf. index of incipits

Monilibus*

Capitulum

Si salvum facis per manum meam populum Israel,
sicut locutus es, ponam vellus hoc in area,
si ros in solo vellere fuerit, et in omni terra siccitas,
sciam quod per manum meam liberabis Israel.¹⁰⁰

Responsorium

Quod descendit in oram vestimenti eius,
Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Syon.¹⁰¹

Versiculus

Gedeon de nocte*

Ad Nonam

[Antiphona]

Obsistere concitat*

Capitulum

¹⁰⁰ Jgs 6:36-37

¹⁰¹ Ps 132:3

Oro ut solum siccum vellus sit et omnis terra rore madens:
 fecitque dominus nocte illa ut postulaverat,
 et fuit siccitas in solo vellere et ros in omni terra.¹⁰²

Responsorium

Gedeon de nocte surrexit, expresso vellere concham implevit.¹⁰³

Versiculus

Erit quasi nubes matutina.¹⁰⁴

[9r] Ad Magnificat antiphona

O Marie velleris dignitas,
 Lagenarum ob Christum fractio
 Lampadumque militum claritas,
 Perfidorum humiliacio
 Fac quesumus ut fida concio,
 Recuperet nunc urbes perditas,
 Tyrannorum fiat repulsio,
 Jherusalem libera civitas.

¹⁰² Jgs 6:39-40

¹⁰³ Jgs 6:38; ms: concam ... conplevit

¹⁰⁴ Hos 6:4 & 13:3

[Ad Missam]

Introitus

Rorate celi desuper et nubes pluant justum
aperiatur terra et germinet salvatorem.¹⁰⁵

[Ps. 18(18)] Celi enarrant gloriam dei,
et opera eius annunciat firmamentum.
Gloria patri et filio.

Oremus

Deus qui gloriosissime virginis Marie Spiritu sancto conceptum rore velleris presignari
voluisti: concede propicius ut qui eius presagia veneramur in terris ab hostium mentis et
corporis liberemur insidijs. Per eundem Christum dominum nostrum [qui cum Patre vivit et
regnat in unitate Sancti Spiritus in omnia secula seculorum. Amen].

Epistola

In diebus illis, dixit Gedeon ad dominum: Si salvum facis per manum meam populum Israel,
sicut locutus es, ponam hoc vellus lane in area. Si ros in solo vellere fuerit, et in omni terra
siccitas, sciam quod per manum meam sicut locutus es, liberabis Israel. Factumque est ita,
et de nocte consurgens, et expresso vellere concham rore implevit.¹⁰⁶ Dixitque rursus ad

¹⁰⁵ Is 45:8

¹⁰⁶ Jgs 6:38; ms: concham ... conplevit

dominum: Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel temptavero signum querens in vellere. Oro ut solum vellus siccum sit, et omnis terra madens rore. Fecitque dominus nocte illa quod postulaverat. Et fuit siccitas in solo vellere, et ros in omni terra.¹⁰⁷

Responsorium [graduale]

Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillancia.¹⁰⁸

[9v] Versus

Orietur in diebus eius justitia, et (h)abundancia pacis.

Alleluia

Virgo mater, vellus victorie,
 gravidata dono deitatis,
 flagitamus concham¹⁰⁹ ecclesie;
 nunc protegi scuto potestatis.

Prosa

¹⁰⁷ Jgs 6:39-40

¹⁰⁸ Ps 71:6

¹⁰⁹ Jgs 6:35

Lauda, Syon, roris vellus,¹¹⁰
 Rorem, mare, celum, tellus,
 Cordis, oris preconio.

Vellus mater ros est verbum,
 Hostem propellens acerbum,
 Ab eius dominis.

Vellus candens flore virgineo,
 Lana curva humilem censeo,
 Dignam matrem vocari domini.

Vellus sua dat decisione,
 Hanc ereptam carnis passione,
 Prothoplausti collata semine.

De corporis gleba subtrahitur,
 Costa de qua corpus accipitur,
 Eve sine diminutione.¹¹¹

De vellere corporis virginis,
 Dei verum corpus et hominis,
 Rescinditur sine lesione.

¹¹⁰ Cf. Rv 14:1 and *Lauda, Sion, salvatorem*, attributed to Thomas Aquinas (AH 50 [1907], pp. 584-585).

¹¹¹ Gn 2:21-22

Illibatum sine fractione,
Lane vellus sine scissione,
Rorem trahit, et ab hoc trahitur.

Virgo mater intacta concepit.¹¹²
Nec post partum castitas desipit,
Sic ab ea verbum recipitur.

Ros mentem mundam rigavit,
Rigata fructificavit,
Fidei fructum virtutis.

Fides in mente, successit,
Proles et fides clarescit,
Firmantur dona salutis.

Vellus siccum post et ante rorem,
Jugem signat virgineum florem,
Permanentem in matre virgine.

Victoriam soli portaverunt,
Qui latices lambendo biberunt,
Confirmati signi gestamine.

¹¹² ms: concipit

Velliferi corporum lagenas,¹¹³
 Detulere virtutibus plenas,
 Fractione harum lucentibus.

Tubas dextra illorum gerebat,
 Laudum sono victus fugiebat,
 Trux Madian cum nacionibus.

Sacrum vellus rege peccatores,
 Et hostium facito victores,
 Quorum culpa rorem concepisti.

Ros velleris siccas rora mentes,
 Hic in via fac nos penitentes,
 Post te frui sicut promisisti.

Amen

Ewangelium secundum Johannem¹¹⁴

In illo tempore. Stabat Johannes et ex discipulis eius duo. Et respiciens Jhesum ambulans,
 dixit: Ecce agnus dei. Et [10v] audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt Jhesum.
 Conversus autem Jhesus et videns eos sequentes se, dixit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei:
 Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, ubi habitas? Dicit eis: Venite et videte. Venerunt

¹¹³ Cf. Jgs 7:16

¹¹⁴ Jn 1:35-51

et viderunt, ubi maneret. Et apud eum manserunt die illo, hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Symonis Petri, unus ex duobus qui audierant a Johanne, et secuti fuerat eum. Invenit hic primum fratrem suum Symonem et dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Jhesum. Intuitus autem eum Jhesus, dixit: Tu es filius Johannis? Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileam, et invenit Philippum, et dixit ei Jhesus: Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida civitate Andree et Petri. Invenit Philippus Nathanael, et dixit ei: Quem scripsit Moyses in lege, et prophete, invenimus Jhesum filium Joseph a Nazareth. Et dicit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni et vide. Vidit Jhesus Nathanael venientem ad se, et dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jhesus, et dicit: Priusquam Philippus te vocaret cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei Nathanael, et ait: Rabbi, Tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Jhesus, et dixit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu credis, maius hijs videbis. Et dixit eis: Amen amen dico vobis, videbitis celum apertum, et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis.

Offertorium

Quando natus es ineffabiliter de virgine Maria,

Tunc implete sunt scripture.

Sicut pluvia in vellus descendisti,

ut salvum faceres genus humanum.

Te laudamus deus noster.¹¹⁵

Secreta

¹¹⁵ Cf. CAO 4441 (Circumcision)

Rore graciaram sic arida corda nostra

rigare digneris domine deus,

ut sacrificium nostrum

precibus matris virginis Marie

Filii tui esse valeat acceptum.

Qui tecum [vivit et regnat in unitate Sancti spiritus in secula seculorum. Amen.]¹¹⁶

[10v] Communio

Si ros in solo vellere fuerit,

et in omni terra siccitas,

sciam quod per manum meam liberabis Israel.¹¹⁷

Oremus [=Postcommunio]

Vellere designate matris virginis

domini nostri Jhesu Christi precibus

peccata nostra tegantur:

pijssime Pater supplices deprecamur,

ut infidelitatis frigore depulso

hostium visibilium et invisibilium incursibus

securi resistere valeamus.

Qui tecum [vivit et regnat in unitate Sancti spiritus in secula seculorum. Amen.]

¹¹⁶ ms: Qui tecum *etc.*

¹¹⁷ Jgs 6:37

[*alia manu*]:

Ego Adrianus Petrus de Coudewerve clericus Leodiensis diocesis publicus, sacris apostolica et imperiali auctoritatibus, ac alme universitatis studii Lovaniensis notarius iuratus, suprascriptum officium beatissime virginis Marie sub figura velleris editum, et per eandem universitatem doctrinaliter examinatum, de speciali mandato domini rectoris universitatis, ac etiam ipsius universitatis signo meo manuali solito et consueto, una cum signo manuali Johannis Rebours de Nangiis ac sepedicte universitatis sigilli magni appensione, hic me propria mea manu subscribendi signavi, in fide premissorum

Adriani Petri de Coudewerve

[*denuo alia manu*:]

Et ego Johannes Rebours de Nangis clericus Senonensis dyocesis publicus sacris apostolica et imperiali auctoritatibus notarius. Quia suprascriptum officium beatissime virginis Marie, sub figura velleris editum ac per matrem nostram universitatem Lovanii predictam doctrinaliter examinatum, de speciali mandato egregii viri domini rectoris universitatis predicte per Adrianum Petrum notarium prescriptum, subscriptum, et suo signo manuali signatum, et ipsius universitatis sigilli appensione munitum, signo meo manuali hic propria manu subscribendo signavi in fidem premissorum. Rebours notarius prefatus =N= [signature flourish]

Text Incipits

abbreviations: A Antiphon, AB Antiphon for the Benedictus, AM Antiphon for the Magnificat, Alv Alleluia verse, C Chapter [capitulum], Ep Epistle, Ev Gospel, Gr Gradual, Grv Gradual verse, H Hymn, In Invitatory antiphon, L Lauds, M Matins, Pc Postcommunion, Rv Responsory verse, R Responsory, SR Short responsory or response, Vs Versicle, 1V First Vespers, 2V Second Vespers

Adest dies leticie L-A1, Prime-A

Agno juvat nunc canere L-H

Agnum virginis filium M-In

Andreas agnum sequitur IV-A5

Andreas, preco graciae IV-A3

Angelo sacrificio IV-A4

Aperiatur terra IV-r

Constantinij signum fuit crucis M-Rv7

Descendet sicut pluvia IV-C, L-C, Terce-C, Missa-Gr

Descendit sicut pluvia M-A1

Deus qui gloriosissime virginis Marie IV-Or, Missa-Or

Dignum vellus animam Marie M-A6

Donum duplex in templum L-A5

Dum plenitudo temporis M-A2

Dux inclitus signum victoriae M-A7

Dux velleris parans L-A2, Terce-A

Ecce agnus dei. Cognovimus quare Jhesum M-L8

Erit quasi nubes matutina L-Vs, None-Rv

Esus agni populum liberat M-Rv8

Et audierunt eum duo discipuli M-L9
 Et sicut stillicidia stillancia M-L3
 Gaude fervens fide Burgundia IV-A1
 Gaude mater ecclesia IV-H
 Gedeon de nocte Sext-Rv, None-R
 Hanc vestem inconsutilem M-Rv4
 Hec mater, ut acquievit M-R3
 Hij ter centum IV-Rv, M-Rv9
 Hijs stillicidiis, vellus graciae M-L6
 Ineffabilis dei sapientia M-L1
 Innocens uterque parens M-A4
 Lana lota pluvia candescit M-L2
 Lauda Syon roris vellus Missa-Prosa
 Maria stravit asinum M-R2
 Monilibus angeli Maria L-A3, Sext-A
 Mundum siccum ardore sceleris M-R1
 O Marie velleris dignitas 2V-AM
 O milites dati certamini M-R7
 O milites velleris roridi L-AB
 O spem datam Christi tironibus IV-R, M-R9
 O vellus preciosum IV-AM
 Obsistere concitat angelus L-A4, None-A
 Orietur in diebus eius iusticia Missa-Grv
 Oro ut solum siccum vellus Nonam-C
 Preco plebem desperantem IV-A2
 Prima prefert coniugio M-Rv3

Quando natus es ineffabiliter Missa-Off
Quod descendit in oram Terce-Rv, Sext-R
Rigat triumphantem M-Rv2
Rorate celi desuper IV-Vs, Terce-R, Missa-Intr
Rore graciaram sic arida corda Missa-Secreta
Rorem misericordie M-H
Sacra vestis quam nullus induit M-Rv6
Si ros in solo vellere fuerit Missa-Communio
Si salvum facis Sext-C, Missa-Ep
Si tu vis vincere bella pharaonis M-R8
Sic femina circundedit M-Rv5
Sicut pluvia in vellus M-L4
Sine ovis lesione M-L5
Stabat Johannes M-L7, Missa-Ev
Stillicidijs Marie M-A3
Ut corporis Ade M-R4
Vellere designate matris virginis Missa-Pc
Vellus a pelle remotum M-A5
Vellus agnum tegit M-R5
Vellus candens colore niveo M-R6
Vellus signum ducis victoriae M-A8
Virgo mater est vellus M-Rv1
Virgo mater, vellus victoriae Missa-Alv
Virgo vellus peditum gloria M-A9